

/ Admodum R/de Pater. Diligenter commendavi Summo Pontifici celerem expeditionem confirmationis novi Abbatis Salemitani, et simul condonationem jurium in toto vel in parte; atque ut utrumque bene succederet, revocavi in memoriam Sanctissimo Patri nobilitatem monasterii Salemitani et merita Abbatis proxime defuncti et angustias quas patitur idem monasterium tum ob caritatem annonae tum ob contributiones pecuniarias. Spero omnia prospere successura, meque precibus R.V. diligenter commendo. Romae die 20 Martii 1615.

R.V.

10

frater et servus in X<sup>o</sup>

---

Archiv.Vatic. Mss.Gesuit.18 fol.85. Brouillon autogr.